Amaſonia

1. erecta A.

Tachigali paniculata. Aubl.
Habitat Cayennae Herb Richard
Rami glabri; apice incani, superne angulati. Folia alterna, pinnata
cum pari. Foliola breviter petiolata, opposita, bi-tri pollicaria, interiora
minora, lanceolata, oblonga, avenia, subtus nervosa, incana, supra gla
bra. Petioli acute triquetri, recti. ~~Panicui~~ Racemi terminales compo
siti.

Amasonia

2 erecta 1 Amasonia foliis ~~lanceolato~~-ovatis subserratis scabris, bracteis sessilibus floribus longioribus

Amasonia erecta Lin. ~~S.V. pag~~ Suppl. pag. 294.

Bontia blattariae folio Barrer. fl. Aequin.

Bracteae semipollicares, obovatae obtusissimo mucronatae integerrimae villosae. Caulis superne villosus. herb. Surin.

vitta mea diversa

95
~~94~~

No 12 Morontea Aublet

Calyx perianthium pentaphyllum foliolis rotundatis brevibus subimbricatis arcte adpressis

Corolla pentapetala infera, petalis ovatis obtusis ~~patentissimis~~ reflexis

Stamina fere nulla antheræ in glandulis sessilibus triquetro subulatis biseriatis parvæ, mucronata

Germen superum ovatum. Stylus fere nullus. Stigma subsessile obtusile sulcum

~~Germen~~ Pericarpium subglobosum laeve magnitudine pisi supra planiusculum ~~sty~~ stigmate mucronatum, capsula bilocularis loculis trispermis

Semina fusca nitida, teretia curvata utraque obtusa

Corpusculum digitiforme pollicare teres, obtusum intus inane basi apertum pedicellatum e basi calycis enatum ad basin supra depressum fere ut in Marcgravia

Aubleti figura haud bona flores enim copiosiores longius pedunculati corpuscula nimis lata et brevia

Rami teretes crassitie pennae cygneae cortice ~~cinerea~~ griseo ~~nigrescentes~~, glabri cicatricati

Folia brevissime petiolata in pedunculos desinentes, alterna obovata, coriacea, integerrima quadripollicaria emarginata utrinque glaberrima subtus rufescentia.

Flores superne in ramis sparsi secundi pedicelli semiunguiculares margine parum reflexa bractea minuta decidua in medio pedicelli, sed calli corpusculorum ~~in ad~~ paulo infra basin calycis ~~longi~~ pollicares.

ex capsula Trinitatis

Amasonia punicea, foliis lanceolato-ovatis serratis laevibus, bracteis petiolatis flore brevioribus

Habitat in insula Trinitatis Ryan ♄

Frutex bi- vel tripedalis. Rami erecti, pedales et ultra, teretes simplicissimi, in pedunculo desinentes, fusci, ad lentem ~~[illegible]~~ villis rarioribus adspersi, leviter canescentes.

Folia petiolata, sparsa, bi- sive tripollicaria, elliptico-lanceolata, inferiora interdum obovata, basi attenuata, utrinque acuta, inaequaliter serrata: serraturis submucronatis, venosa, adultiora glabra, margine subvillosa; juniora subtus villosiuscula. Folium unum vel alterum superne in pedunculo, remotissimum, lanceolatum vel lineare, villosum.

Racemus terminalis, longissime pedunculatus, bipollicaris vel ultra. Flores alterni, secundi: pedicelli inferiores triflori, superiores uniflori. Bracteae obovatae, petiolatae, mucronatae, serratae, subtus, uti pedicelli et pedunculus superne, subvillosae, ~~acuminatae~~, supra puniceae, acuminatae, pedicello parum longiores.

Calyx persistens, pubescens, quinquefidus: laciniis ovatis, acuminatis, acumine ciliato.

Corolla monopetala: tubus subcompressus: lacinia superior angustior, reliqua ovata.

Stamina. Filamenta quatuor, declinata, corolla longiora. Anthera oblonga

Pistillum. Germen globosum. Stylus filiformis. Stigma acutum

Pericarpium. Bacca oblonga, piso parum major. Semina quatuor, extus convexa.

Sub nomine Taligalea dedit Dn. Ryan, convenit quoque cum Taligalea campestri Aubl. fl. gu. tab. 252. habitu, foliis, bracteis coloratis, calycibus, figura corolla, differt modo caule fruticoso, stigmate simplici, et fructu tetraspermo, ~~haec~~ quae omnia potius differentias speciei quam generis sunt. Fructus certe Bacca est, ~~an~~ an semina interdum forte abortientia.

~~Cum~~ Qui Amasoniam et Taligaleam congeneres esse, suspicat. Celeb. Schreber. et haud quidem non absque fundamento, ita enim ~~prosector~~ inter se conveniunt in omnibus, differunt modo fructu, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ abortivum autem non videtur ut conjecturavit Schreberus quod ~~conjecturam~~ Linnaeus non nisi fructum imperfectum viderit

Amasoniam et Taligaleam congeneres esse, suspicatur Celeb. Schreberus
Certe inter se tam affines sunt, ut potius dubitandum num specie differant
quam genere, conveniunt enim in omnibus, ~~differunt quoad fructum~~ diverso modo
quoad fructum secundum descriptiones. Absona autem non videtur
sententia Schreberi, quod Linnaeus tantum fructum imperfectum vidit.
Ideoque plantam descriptam, potius ad Amasoniam referre volui, quam
novum et incertum genus condere.

97

Mimosa glandulosa foliolis subseptemjugis: pinnulis septemdecimjugis

~~Glandulosa~~ Mimosa ~~foliis septem jugis: 17 juga~~ glabris, glandula inter singula paria, spicis axillaribus solitariis elongatis

Habitat in ~~Cayenna~~ ~~ab~~ von Rohr 5

Rami ~~teretiusculi~~ teretiusculi! cortice cinereo, validi, glabri.

Folia petiolata, interdum terna vel gemina, tri v. quadripollicaria, bipinnata, pinnulis ~~5–8 juga~~ quinque vel octojuga. Foliola opposita, bipollicaria, 17 juga, inferiora breviora, pinnulis paucioribus: pinnulae opposita, ~~oblonga, acuta~~ linearis, sessiles, semiunguicularis; acute, latere exteriore angustissima glabra

~~Stipulae duae~~ Petioli subtus convexi, supra plani: glandula sessilis, cava inter singulum par foliolorum; secundarii plani, mucrone terminati. Stipulae deciduae.

Spicae axillares, solitariae, folio longiores. Pedunculi angulati, glabri.

Flores copiosi distincti, glabri, sparsi parvi

Calyces campanulati, quinquedentati

Corolla calyce dimidio longior, profunde quinquefida: laciniis linearis lanceolatis.

Stamina numerosa monadelpha

von Rohr n. 130

erecta Amaſonia Lin Suppl. p. 294 & S. V. p. 581.

Habitat in Surinamo

Caulis herbaceus, tripedalis, ſimpliciſsimus, teres. Folia alterna, petiolata, remota, ellipticolanceolata, ſubſerrata, ſcabra. Racemus terminalis ſimplex, pedalis: pedicellis ſubtrifloris. Bracteæ ovatæ, floribus paulo longiores ſeſsiles. Flores ſecundi nutantes ſubſeſsiles.

Taligalea campeſtris Aubl.

amaſonia punicea Plant. Amer. manuſc.

erecta Am. foliis lanceolato ovatis ſubſerratis ſcabris bracteis ſeſsilibus

punicea Am. ——————— ſerratis Corollis bracteis petiolatis